



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

Laymann, Paul

Dilingae, 1698

Capitulum X. Immunitatem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62482)

injusta exactionis, quam damni illati reparatio, juxta justitiæ, cuiuslibet æquæ, exigentiam, quæ non patitur cum alterius damno lucrum quærere *Glossa in notatis*. Quod verò pauperibus tantundem eregandum sit, quantum sub prætextu splendidiæ, iniquæ tamen exactionis, ablatum fuit, pœna est à delinquente exsolvenda. Et quavis in *Cap. procurationis 23. de censib. &c.* statuatur, ut si quid nomine procurationis indebitè acceptum sit, tantundem detur Ecclesiæ, à qua acceptum est: hinc verò tantundem dari pauperibus jubetur, quia res Ecclesiarum & Clericorum sunt pauperum, & in illo casu, in quo gravatur Ecclesia, huic sine dubio succurrendum; in alio verò casu, ubi læduntur subditi his per pauperum eleemosynam subveniri potest.

CAPITVLVM IX.

Ecclesia.

Agitur in hoc Cap. quæ Ecclesiæ gaudeant privilegio asyli. De quo vide *cap. 6. hoc tit. notand. 2.*

CAPITVLVM X.

Immunitatem.

In hoc Cap. inter crimina excepta, quæ non gaudent sacri asyli immunitate, numerantur homicidia, & mutilationes in Ecclesijs aut Cæmeterijs facta. De quibus vide *cap. 6. hoc tit. notand. tertio. n. 6.*

CAPITVLVM I.

in Sexto.

Quia nonnulli.

PARAPHRASIS.

Quæ prius statuta fuerunt in antiquis *cap. quarto hoc tit.* ab Alexandro III. in Concilio Lateran. & postea etiam in Concilio

Lateran. *cap. primo hoc tit.* confirmata fuerunt, ab Innocentio III. circa immunitatem realem bonorum Ecclesiæ, & personarum Ecclesiasticarum; confirmat etiam denuo in *hoc cap. in sexto* Alexander IV. graviter conquellus contra dominos temporales, & eos, qui jurisdictionem temporalem, seu facultatem actionem temporalem, seu facultatem actionem civitatibus, & villis exercent, & nituntur, & student, ut collectas & tallias ab Ecclesijs persolvantur, præterea bonorum, quæ acquisiverunt, aut eorum manus ponant (in alios, Laicos scilicet, distrahendo) & ut (super his omnibus sollicitè provideat, ac temerarijs auctoritate congruis remedijs obviet, & auctoritate Apostolica, præhabita cum Cardinalibus diligenti deliberatione decernat, non licere illis, qualescunque sint, qui jurisdictionem temporalem, sive facultatem obtinent, & exercent, tallias, & collectas, seu exactiones qualescunque Ecclesijs, & personis Ecclesiasticis imponere, vel exigere ab illis ex domibus, & iudicijs, vel quibuscunque possessionibus ipsiusdem Ecclesijs, aut Ecclesiasticis personis legitimè hæcenus acquisitis, vel in posterum acquirendis, etiam ipsæ Ecclesiæ vel personæ, vel res huiusmodi intra illorum districtum, seu territorium sint constitutæ; nec etiam licere illis (dominis temporalibus, & jurisdictionem tantum sæcularem habentibus) Ecclesijs vel personis Ecclesiasticas, ad distrahendum, vel alienandum, aut extra manus suas ponendum, seu acquisita, vel quæ deinceps acquirant, aliquatenus compellere.

SUMMARIUM.

1. Quomodo intelligenda sit illa lxxvii. regula, quod res transeat cum eorum suo?
2. Hujus cap. verba benè perpen-
santùm bonorum Ecclesiasticorum im-